479. Confessio.

N 129.
1-361-50

Hoc est exemplum bene et fideliter
Barc.ne Sumptum aquodam publicto et auctentico Instro In
pergameneo exarato Non Viciato Nec Suspecto thenoris
Sequentis = Notum Sit Cunctis &c. Ego Petrus
de Sala Iuris peritus Vicens per Me et Meos pntes et futuros Confi-
teor et In Veritate Recognosco Vobis Vener. Bernardo de Brolio
filio et heredi Vener. Guillermi de Brolio Militis q.m et Vris q.d licet
Vos Vendideritis Mihi Cum publico Instro die et anno et aucte
Nott. Infrorum facto Quinque Mansos Vros Scilicet Mansum
de Costa, Mansum de Gurri Inferiori, Mansum de Gurri Supe-
riori et Mansum de Rouira In Parr.a de Seua, et Mansum
de Petrafixa In Parr.a de aqua frigida Constitutos pro
Vt In Instro Venditionis Ipsorum plenius Continetur Et Confessus
fuistis a Me pro pretio Venditionis eorundem Mansorum Septem
Milia et quingentos Solidos recepisse et Renuntiauistis excep-
tioni pecunie Non Numerate et In possessionem Ipsorum
Mansorum Me Cum alio Instro aucte Nott. Infri facto Corpora-
lem Induxitis Nec Non etiam Vri Voluntate absolutione et
Mandato homines dictorum Mansorum In Instris Venditionis et
pocessionis traditione Contentis Michi homagium et fidelitatis
Iuramentum prestiterit Tamen Certum est et Manifestum
q.d dictam Venditionem et possessionis eiusdem traditionem
Mihi fecistis eo Ratione q.a Timebatis Vt Mihi asseruistis Ne
alig.s propter Guerram Vri Vel quorundam amicorum Vrorum dictos
Mansos In Vri abientia qui domicilium Nouiter transtulistis
apud Locum de Vallfarosa Incendio Supponerent Vel alit. Ipsos

2

et homines Ipsorum damnificaret sperando quod rigore dictae Venditionis
egorat Civis Vicensis et dominio domini Regis Manu et potentia Ipsius domini
Regis et Suorum officialium dictos Mansos et eorum homines et bona
Ipsorum Conservare Vobis Super praedictis Indemnes Et Sic est Certum
et Manifestum et Vobis Confiteor quod dicta Venditio et possessionis
eiusdem traditio fuerunt et Sunt fictitiae et quod de pretio In Ipsius
Venditionis Instrumento apposito Nichil habuisti Nec recepisti Et
Ideo per Me et Meos presentes et futuros Absoluo Reddo et diffinio
Vobis et quibus Volitis dictam Venditionem et pocessionis eiusdem
traditionem. Volendo et Concedendo Vobis quod Instrumenta Ipsius Ven-
ditionis et pocessionis eiusdem quae Ut praedicitur fictitiae fuerunt et Sunt
Sint Cassa Vana et Nulla Nullamque habeat Roboris firmitatem
Sic quod Nichil Michi Vel Meis prodesse Nec etiam Vobis Vel Vestris
Nocere Unquam possint homines etiam dictorum Mansorum qui Nunc
Sunt et qui pro tempore erunt licet absentes cum hoc Instrumento Vicem
eorum gerenti Vobis et Vestris et quibus Volitis ab omni homagio et
fidelitate Iuramento et alijs omnibus In quibus et pro quibus
Michi essent astricti ratione dictarum Venditionis et pocessionis fic-
titiarum aut alias absoluo Ipsosque et id In quo Mihi tenebantur ratione
homagij et fidelitatis Iuramenti per Ipsos Michi de Vestri Man-
dato prestiti Nec Non et totas dictas ficticias Venditionem
et pocessionem In Vestrum et quorum Volueritis dominium transfero
Irreuocabiliter In eternum Et promitto Vobis Sub bonorum
Meorum omnium obligatione quod Si Unquam Instrumenta facientia pro dicta
Venditione quae remanent de Vestra Voluntate penes Rinaldum
de Ortis Ciuem Vicensem Vel aliquis ex eisdem Venient ad Manus
Meas ratione dessensionis dictorum Mansorum Vel alias et etiam quicquid
et quantum Siquid de fructibus Vel Iuribus dictorum Mansorum recepero
Modo quocunque quod ea Instrumenta et alia praedicta omnia dicto Rinaldo
de Ortis Nomine Vestro Vel Vobis aut quibus Volueritis restituam tradam
et deliberabo Mora et dificultate quibuslibet procul pulsis. Et
pro praedictis omnibus facio Vobis homagium hore et Manibus Co-

mendatum Iuxta forum Aragonie et Consuetudinem Cathalo-
nie Itaque si contrafacerem quod eo ipso essem proditor et bausator nec
inde possem recipere parem vel contra similem nec me cum
armis vel sine armis excondire Immo sola hostentione huius
instrumenti haberem et tenerer pro proditore et bausator ac si cum armis
in campo essem devictus et debellatus. Et hec omnia et eorum
singula Iuro sponte per Deum et ejus Sancta quatuor Evangelia
atendere complere et in aliquo non contravenire. Actum
est hoc decima quarta Kalendas februarij anno domini Millesimo
trecentessimo trigesimo quarto. Sig+num Petri de Sala
predicti qui hec Iuro firmo et laudo. Testes huius rei sunt
Guillermus de Oriolo de Seua Guillermus Serral de Castana
ecclesiarum Rectores, et Arnaldus de Font clericus et Arnaldus
de Cortil cives Vicenses. Sig+num Bernardi de Noaria Rec-
toris ecclesie Sancti Martini de Brolio et publici eiusdem notarius qui
hec scripsit et clausit cum litteris rasis et emendatis in v.
linea In dictione que dicit: Induxit et raso alia et emendato
In vij. linea ubi dicit: Incendio et alio loco eiusdem linea
ubi dicit: homines die et anno quo supra.

Sig+num Isidori Famades et Morell Nott. pub. Civ. Barcinone testis.



Sig+num Josephi Famades Nott. pub. Barc. testis.



Sig+num Bonaventure Tali Nott. publici Barc. qui praesens exemplavit, scribere fecit, cum fidem requisitus clausit die xxvj. februarij M.DCC.V…

GOBIERNO DE ARAGON